

# P R A X I S E R V D I.

TISSIMA, ET ABSOLV-

TISSIMA CRIMINIS PER-

sequendi, Ioanne Millæo, Boio,

Syluigniaco, Subpræfe-

cto apud Parisios

Authore.

\*

*Accesserunt summa rerum, & vocum capita: quorum  
index cum fidelis, tum copiosus est  
præfixus.*



L V G D V N I,

Apud Hæredes Iacobi Giuntæ,

M. D. L.

*Num. A2. cas. 2. num. 3*

Coll. Soc. Univ. Salam. ex dono Regum.

1a  
14950

# SAPIENTISSIMO

ATQVE BENIGNISSI-

MO FRANCISCO GALLIA-

rum Regi Ioannes Mil-  
laeus S. D.



I mihi constaret de incredibili tuo in re literaria promouenda amore, & ipse essem antea sapius istam benignitatem expertus, nunquam homini licere infimæ fortis, ac humilis fortunæ, apud te regem Gallorum, id est, inclytum atque Christianissimum, de literis verba facere, aut studia mea deponere, putassem. Etenim non eram nescius aures tuas, aliò qui purgatissimas, melioribus sonis assueuisse, & curam in grauioribus negotiis versari. Nec quicquam aut regia maiestate dignum, nisi quod excellat, præstetque: aut summæ, propèque diuinæ tuæ istius prudentiæ par, quod non est perfectum ingenio, elaboratum industria. Sed cum pro tuis in me collatis muneribus, ac præclaris delegatis functionibus aliquid, vel tenuissimum potius, quàm nihil reponere summopere affectarem, ne meritò ingratitude aut obliuionis arguerer, ac compertissimum haberem hisce exercitationibus te supramodum delectari, non ingratum existimaui futurum, si quæ in fungendis muneribus, quibus sum à te exornatus, usu obseruassem, ea scriptis mandarem: vt si aliquo modo possem: significarem me non immemorem, & de omnibus, quantum daretur, bene mererer, intelligerèsque non omnino pessimè tua beneficia collocata. Nam quæ antea primùm inter ciues in vrbe, & foro, cui me præfeceras, deinde in prouinciis, in quas à te sum missus, vt illic quærerem de nemorum violatoribus, tumultuosè, ac prout se

# IO ANNIS MILLEI,

I. V. D. LONGE CELE-

BERRIMI PRAXIS LVCVLENTA

& elegans criminis per-  
sequendi.

## SVMMA CAPITA.

1 **C**onsilia omnia, actus item omnes ini-  
tium & progressum debent ducere à Christi  
nomine.

2 Prudentia omnia sunt deferenda.

3 Consuetudines & moris quæ sunt, in bona fi-  
dei iudiciis versari debent.

4 Praxis instituenta & absolvenda crimina-  
tionis, tribus constat.

5 Inquisitio simplex, quæ.

6 Index ex officio tenetur delinquentes inquirere  
& persequi, nullo etiam accusatore vel denun-  
tiatore instante.

7 Index ex officio & per se inquirens delin-  
quentes, non censetur accusator.

8 Factum se ostendit & prodit, fidemque facit.

9 Sceleris patrati euidencia, etiam citra accusa-  
torem, Iudicem cogit ad sui muneris functionem.

10 Accusationem aut probationem non requirunt,  
quæ in iudiciis publicantur & propalantur.

11 Gregorii in criminibus, semel auditis, vindic-  
andis puniendis, quæ fides & constantia.

12 Index potest ultra progredi in criminalibus,  
accusatore desistente, vel defuncto.

13 Index eiusdem est nature, cuius accusator.

14 Exceptioes eadem opponi possunt contra iu-  
dicem inquirentem, quæ contra accusatorem.

15 Iudicis officium, omnem impem suamque

tollit suspensionem.

16 Index potest inquirere de omnibus crimini-  
bus, in quibus accusator admittitur sine metu  
calamitæ Id etiam iure municipali, maxi-  
mè, vbi respublica censetur offensa. nu. 17.

18 Inquisitio suscipi potest à Iudice, nullo etiam  
accusatore stante, ad priuatum commodum. Ea  
quod modis iure nouo procedatur per inquisi-  
tionem sine accusatore.

19 Inquiri potest super denuntiatione officialium,  
nullo etiam accusatore instante.

20 Inquiri potest sine accusatore, propter incidē-  
tem iuris cognitionem.

21 Index quando ad specialem inquisitionem de-  
scendat, accusatore etiam nullo instante.

22 Index inquirere potest super crimine coram  
se commisso.

23 Index inquirere potest per se, in suspecti tuto-  
ris crimine. Item, in charta falsa: testibus fal-  
sis: calūniatore, falso: notorio. nu. 24. 25. 26.  
27. & 28.

29 Damari sine accusatore vel arceri, quibus  
casibus quis non possit.

30 Iudicis non est, quem damnare, sine accusatore,  
disting. nu. 29.

31 Accusator & index in vna eademque cau-  
sa quis esse nequit.

32 Index in suo proprio aut suorum facto, quis  
esse non potest.

- 31 Arbitrari quis esse non potest in re sua.  
 34 Index sine accusatione, ordineque iuris præ-  
 termissio potest punire offendentem, se dum ius  
 reddebat, vel sedebat pro tribunali. Et quid  
 ita. nu. 75.  
 36 Iniuria illata iudici sedenti pro tribunali,  
 non censetur facta privato.  
 37 Facere quod quis non potest tanquam ipse,  
 potest tanquam alius.  
 38 Iurisdictione concessa, concessum videtur  
 id sine quo illa non potest exerceri.

*Proœmium.*

**A** IN nomine domini nostri  
 Iesu Christi, ad cuius provi-  
 dentiam animum meum  
 b semper refero, b praxim insti-  
 tuendæ, ac absolvendæ crimi-  
 nationis (processum crimina-  
 lem vocant) Francisci regni  
 c consuetudine c vsurpatam tra-  
 diturus, eam instrui præmitto  
 d trifariam, d inquisitione (vul-  
 gò informatione) denuntia-  
 tiõe, & accusatione: vt sequen-  
 ti serie patebit.

*Inquisitionis formula.*

**I**nquisitio. e Per  
 me Domitium Vl-  
 pianum Præposi-  
 tum, & custodem

præpositurę, cõfecta est anno  
 Domini. M. D. xl. die Mer-  
 curii. viii. Julij. super eo, quod  
 ad iustitię notitiam peruenit,  
 mihiq; innotuit, legionaria-  
 rios numero duodecim Do-  
 mini nostri Regis, contra eius  
 constitutionem, ac publicum  
 edictũ Parisiis præconio pro-  
 clamatum, non redisse ad ope-  
 ras & assuetas artes: sed tan-  
 quam erroneas, & nequam su-  
 periores noctem eius in viis  
 publicis pernoctantes, quen-  
 dam iuvenem omnibus exu-  
 tum indumētis, multisque ser-  
 ramenti ictibus percussum,  
 mortuum in quadriuo san-  
 ctorum Innocētium reliquis-  
 se. Cuius quidem inquisitionis  
 testes infra nominati, iu-  
 rati, auditi, & examinati per  
 me fuerunt, & eorum nomi-  
 na, cognomina, qualitates, æta-  
 tes, domicilia, dicta, & testimo-  
 nia me dictante ab actuario  
 excepta. Anno, diebus, modo  
 & tenore sequentibus.  
 Interrogabuntur testes, sicut  
 inferius patebit in formula ac-  
 cusationis.

In nomi

debere, quanuis sua nihil interfit, damnatiq̄ue iudicium probauerint, ac sententiæ acquieuerint. Quòd si resistent, qui damnati sunt, aduersus prouocationem, nec velint admitti appellationem, perire festinantes, adhuc differendum est iudicium: vt. l. non tantum. ff. de appellat. † debent enim homines mutuis officiis se inuicem deuincere, quod expressit glo. in. d. l. non tantum, Et officio affici hominem, interfit hominis. † Poenæ verò non irrogatæ indignatio, solam duritiam continet. l. seruus ea, ff. de ser. expor. natura siquidem constituit cognationem inter nos quandam: † qui ab Adam omnes processimus: vt. ff. de iustit. & iure. l. vt vim. † vt etiam inuicis bonum facere debeamus. l. addictos. C. de episcop. aud. l. addictos. C. de appellat. & d. glos. Eò humanitate ductus, à sententia criminali aduersus delatos lata, pro & nomine condemnato-

rum appellauit, & appellat, postulans supplicium differri, † protestans, vbi non vellemus admittere appellationem, appellare coram præsentibus, & assistentibus, prout decet, secundum ea, quæ not. Bartol. in. l. j. §. si quis. ff. de appellat. & in additio. in dicta. l. non tantum. Hæc itaque appellatio audita: & rei ipsi in carceres reducti.

Parce verò, humane lector maculam superioris studii, ac laboris, laudabili otio abluemus, & alio, breuique compendio in lucem prodituri, auspiciatò absoluemus.

**F I N I S**

Praxis criminis persequendi,  
Authore Ioanne  
Millzo.

Series chartarum.

a b c d e f g h i k l m n o  
p q r s t v x y z.

Omnes sunt quaterniones.

